Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793
Seite 79
Quelle:
Copyright:

terium itaque κτημα fuit *Sigismundi* Archiducis lineae *Tyrolenſis* ultimi, qui a. 1448. *Eleonoram Jacobi* I. *Scotiae* Regis Filiam uxorem duxit, a. 1480. defunctam, unde et tempus innoteſcit, intra quod exſcriptum fuit. *Sigismundum* hunc cum uxoribus ſuis earumque Scutis gentilitiis videre eſt P. I. T. III. *Monum. Auſtr. Tab. M.* ſeu XII.

XXXVI. VIII. D. 27.

288 Codex membraneus lat. theotiſcus Sec. XI. Folior. nunc 235. f. per duas columnas eleganter exaratus, rubricisque diſtinctus complectitur I. *Translationem Pſalterii Teutonicam* a *Pſalmo* I. ad L. et interjectis quibusdam aliis, a *Pſalmo* CI. usque ad finem, ita, ut, quod maxime dolendum, *Pſalmi* L. e medio deſint. *Lambecius* ὁ παν̃υ Translationem hanc L. II. p. 757. fuſe perſecutus non dubitavit eam *Otfrido* Monacho *Wizanburgenſi* adſcribere, ſed *Bern. Franckius* S. *Galli* Coenobita et Bibliothecarius in *Diſſert.* praefixa ejus editioni T. I. *Theſ. Antiquit. Teut. Schilter.* ſolidis nixus rationibus eam retulit ad *Notkerum Tertium* ſeu *Labeonem*, S. *Galli* itidem Coenobitam, qui annum 1022. ſupremum vitae habuit. Mihi quidem, ut ne repetam utriusque argumenta, quae *locc. citt.* in promtu ſunt, vel ſolus Paraphraſtae noſtri *Teutonismus Otfridiano* facilior intellectu, ideoque recentior facile perſuaſit a *Franckii* partibus veritatem ſtare. Quare miror, Editores Notarum *Schilteri* T. *ſuprac.* p. 90. ubi *Variantes Cod.* noſtri *Lectiones* in *Pſalmo* XLI. exhibentur, *Otfridi* nomen non fuſtuliſſe. Cum porro *Lambecius* L. II. p. 461. Pſalmum I. *Diedericus* vero *von Stade* in *Specim. Lectt. antiq. Francic.* p. 30. Pſalmum XLII. e *Cod.* noſtro repraeſentaverint, ne prorſus ἀσυμφώνως diſcedam, Pſalmum CL. omiſſo Textu latino, inſertisque *Edit. Schilter.* Variantibus adſcribam.

Lobit (Lobont) *got chuit* (chit) *der prophęta an ſinen heiligen* (heiligon) *celezziſt* (ze lezeſt) *in ſinero burc* (burg) *giſaminoton* (keſamenoten) *Lobit* (Lobont) *an dera* (dero) *feſti ſinero chrefte. An den heiligon ſkinit* (skinet) *danne uuio* (uuico) *feſti* (feſte) *ſin chraft iſt. Lobent* (Lobont) *in an ſinero mahte, unde an dera menigi* (dero manigi) *ſinera michila* (ſinero micheli) *Lobit* (Lobont) *in in alla uuis. ſingendo. plaſendo. chlocchendo. ſeiten ſprengendo. Lobit* (Lobont) *in mit cimbon* (zymbon) *uuola ſklelenten* (skellenten) *unde guoten chlanc* (chlanch) *habenten. daz ſint unſera* (unſere) *leſſa, ſo ſi* (ſie) *got mit anidahti* (indahtigi) *lobent* (lobont) *Elliu* (Alliu) *geiſtlichiu natura lobe* (loboe) *unſeren trohtinen* (truhtenen) *Diu fordiriſta* (forderoſta) *giſcaft* (creatura) *lobe in.*

Poſt Pſalmum itaque L. ut ſupra monui, interjecta eſt *fol.* 103. *Fidei chriſtianae Profeſſio* mere theotiſca, quae incipit: *Ih intſago mih demo tiufeli unde allen ſi-*

nen